Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ex bubus et asinis et ovibus et dabis elea
zaro sacerdoti. quia primicie domini sunt.
Ex media quoque parte filiorum israhel ac
cipies quinquagesimum caput homi
num et boum et asinorum et ovium cunc
torumque animantium. et dabis ea le
vitis qui excubant in tabernaculi cu
stodiis domini. Feceruntque moyses et ele
azar sacerdos sicut preceperat dominus.
Fuit autem preda quam exercitus ce
perat ovium. ~~septingenta~~ septuagin
ta .v. milia. Boum. lxx.ii. milia. asi
norum. lx. milia. Et mille anime ho
minum sexus feminei que non cog
noverunt viros. xxx.ii. milia. Dataque
est media pars his qui in prelio fuerant.
ovium. ccc.xxx.vii. milia. quingente.
E quibus in partem domini supputate
sunt oves. sexcenta lxx.v. et de bubus
xxx.vi. milibus. boves septuaginta du
o. de asinis. xxx. milibus quingentis.
asini. lx. unus. De animabus hominum
xvi. milibus cesserunt in partem domini.
xxx.ii. anime. Tradiditque moyses nu
merum primitiarum domini. elea
zaro sacerdoti. sicut ei fuerat imperatum.
ex media parte filiorum israhel. quam sepa
raverat his qui in prelio fuerant. de me
dia vero parte que contigerat reliquo
multitudini. id est de ovibus. ccc.xxx.
vii. milibus quingentis. et de bubus. xxx.
vi. milibus et de asinis. xxx. milibus. quin
gentis. et de hominibus. xvi. milibus. tulit
moyses quinquagesimum caput. et dedit
levitis qui excubabant in tabernaculo
domini sicut preceperat dominus. Cum
que accessissent principes exercitus ad
moysen et tribuni centurionesque dixe
runt. Nos servi tui recensuimus nu
merum pugnatorum quos habuimus
sub manu nostra. et ne unus quidem de

fuit. Ob hanc causam offerimus in dona
riis singuli domini quod in preda auri
potuimus invenire. periscelides. et armil
las. anulos. et dextralia. ac murenulas
ut depreceris pro nobis dominum. Susce
peruntque moyses et eleazar sacerdos om
ne aurum in diversis speciebus pondere
sicli. xvi. milia. septingentos. l. si
clos. a tribunis et centurionibus. Unus
quisque enim quod in preda rapuerat
suum erat. Et susceptum intulerunt
in tabernaculum testimonii. in monimen
tum filiorum israhel coram domino.

XXXII

Filii autem ruben
et gad. habebant pecora mul
ta. et erat illis in iumentis
infinita substantia. Cumque vidis
sent iazer et galaad aptas alendis
animalibus regiones venerunt ad
moysen et ad eleazarum sacerdotem.
et principes multitudinis atque di
xerunt. Atharoth. et dibon. et iazer et
nemra. esebon. et eleale. et saban. et ne
bo. et beon. terra quam percussit dominus
in conspectu filiorum israhel. regio uberri
ma est ad pastum animalium. et
nos servi tui habemus iumenta plu
rima. Precamurque si invenimus gratiam
coram te ut des nobis famulis tuis
eam in possessionem. nec facias nos
transire iordanem. Quibus respondit
moyses. Numquid fratres vestri ibunt ad
pugnam et vos hic sedebitis? Cur
subvertitis mentes filiorum israhel. ne
transire audeant in locum quem e
is daturus est dominus? Nonne sic
ita egerunt patres vestri quando misi de cades
barne ad explorandam terram? Cum
que venissent usque ad vallem botri.
lustrata omni regione subverterunt
cor filiorum israhel ut non intrarent fi